



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scopvs Biblicvs Veteris Et Novi Testamenti

Novicampianus, Albertus

Antverpiae, 1566

III. Mors.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30443

catis illis, quę aliena appellantur, cauendum est. Peccata verò aliena hisce verbis notantur: consulo, vt scilicet quis malefaciat: præcipio, consentio, prouoco, laudo, non retego culpam, non punio, non reprehedo, participo, defendo.

MORS.

Morti damnationique
aeternę, &c.

Mors quadruplex. Vna animę, qua anima mori dicitur, cum peccat, atque ita Deum deserit. Sicut enim corpus viuit ex anima, ita anima vt beatus viuat, viuit ex Deo. Hac morte Adam mortuus, simulatque gustauit fructum vitę. Iuxta illud: *In quacunque die ex eo comederis, morte morieris.* Altera mors est corporis, quando anima dissoluitur à corpore. Hęc mortem cum prima Christus notauit, cum dixit Adolescenti volenti prius sepelire parentes suos, deinde illum sequi: *Sine mortuos sepelire mortuos suos.* Vbi mortui secundum animam, mortui secundum carnem sepelire iubentur. Tertia mors est solius animę, quam dū ex hoc corpore exierit, patitur. Secundū illud, quod de Diuite legimus: *Pater Abraham, inquit Diues, mitte Lazarum,*

Mors quadruplex.

Aug. questione. 32. ad Orofium.

Gene. 2.

398. 26.

Matth. 8.

Luc. 16.

F 5 rum,

rum, ut digito suo refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Quarta mors, cum anima recipiet corpus, ve in igne mittatur eternum. Secundum illud q

Matth. 25. Dominus ait de futuro iudicio. *Ite in igne eternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.* Prima igitur morte, hac post

Sex incommoda que originale peccatum sequuntur. rior triplex subsecuta est. Suntque in summa sex incommoda, quae per peccatum Adae incurrimus, carentiam innocentiae & gratiae Dei: immunditiam propter peccatum: iram Dei, seruitutem peccati, potestatem diaboli, reatum ad mortem. Ca-

terum a seruitute peccati proficiscitur, ut in multis cacutiamus, labamur, deliciamus, vincamur, & volentes nolentes, in aliquibus seruiamus legi peccati, quae est in membris nostris. Hanc seruitutem,

Roma. 7. ab eaque liberationem expressit Paulus

Condelector legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuantem me in lege peccati, quae est in membris meis. Miser ego homo, quis liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum. Hae ille.

Redacti sub iugum, &c.

Potestas diaboli. Propter peccatum Adae, habuit diabolus potestatem quandam in homi-

108:3. nem, non iure acquisitam, sed nequitiae

usurpatam, iuste tamen à Deo ei per-
 missam. Quam quidem potestatem, &
 captiuitatem nostram, sub eo ostendit
 Christus, cū eū appellauit principē hu-
 ius mundi, & fortem armatum custo-
 dientem atrium suum, possessoremque
 vasorum. Nam si diaboli atrium mun-
 dus erat, & vasa homines, & ille prin-
 ceptus mundi: dominabatur utique ille
 aliquo modo in hominibus. Et cum
 se solum Christus exceperit, dicens:
*Venit princeps mundi huius, & in me non
 habet quicquam: insinuauit profecto
 in reliquos homines, aliquam potesta-
 tem dæmoni fuisse. Ab hac potestate
 à Deo liberatos, nos docet Paulus:*
*Qui eripuit nos de potestate tenebrarum,
 & transtulit in regnū filij dilectionis suæ,
 in quo habemus redemptionem, & remis-
 sionem peccatorum.* Et rursus de Chri-
 sto: *Delens quod aduersum nos erat chi-
 rographum decreti, quod erat contrarium
 nobis, tulit de medio, affigens illud cruci,
 & expolians principatus, & potestates tra-
 ixit confidenter palam.* Hanc potesta-
 tem & Prophetæ tradiderant, cū Chri-
 stum sub nomine Saluatoris promit-
 tebant. *Exulta satis* (inquit Zacharias) *Zacha. 9.*
Filia Sion, iubila filia Hierusalē, Ecce Rex *Matth. 21.*
tuus venit tibi iustus, & Saluator. Et idē *Zacha. 9.*
 Propheta Seruatorem alloquitur: Tu

Lac. 11.

Coloss. 1.

Coloss. 2.

Zacha. 9.

Zacha. 9.

Matth. 21.

Zacha. 9.

Potestas
diaboli du-
plex.

363.14.

quoque in sanguine Testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Caterum potestas hæc duplex esse perhibetur. Vna, qua Diabolus in originali, vel mortali peccato existentes retruderet in locum, in quem nutuntur hi, qui non sunt futuri hæredes regni cœlestis. Altera potestas, qua manentes in originali peccato, vel mortali, decipere potest frequentius, & in peccata terribilia facilius inflectere.

PROMISSVS

Christus.

Porro Deus, qui diues in misericordia, &c.

Ephe. 2.

Non propter cuiusquam meritum, sed propter misericordiam suam, & charitatem, Deus pollicitus est miserum filium seruatorem, qui homines fideles mundaret à peccato, & liberaret à tyrannide diaboli. De qua Paulus: Deus, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qui dilexit nos, & cum essemus mortui conuiscificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, vi ostenderet in seculis superuenientibus, abundantes de-